



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De depositione & degradatione. c. xxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

matione, c. diaconi sunt, xcij. distinct. de pœn. distinct. vij. & vide docto. in c. à nobis, il ij. de sentent. excom. & in articulo mortis vide c. cognouimus, c. de his, & c. his, qui, & c. si presbyter, & ibi glos. & quid in raptore, vide c. super eo, de rapt. & ibi glos. Et episcopus ponit pœnam ex arbitrio pœnitentibus in extremo vitæ, c. tempora, & sequen. & c. pœnitentibus.

DE DEPOSITIONE, ET DEGRADATIONE.

Cap. XXI X.

S Y M M A R I V M.

- 1 Degradatio est priuilegiarum, & ordinum sacrorum amotio, vel priuatio, depositio uero est à dignitatibus, & honoribus amotio. & num. 2.
- 2 Quibus ex causis, à quibus, & qualiter fiat degradatio: & de eius effectu, remissiuè.
- 3 Non ualet Episcoporum sententia in degradatione, & depositione Episcopi, nisi omnes sint conuicti.
- 4 An sine causa Episcopus per Papam priuari possit.
- 5 Prouinciale concilium an deponere possit Episcopum, aut pronunciare deponendum.

In primis præmitto, quod degradatio est, priuilegiarum, & ordinum sacrorum amotio, vel priuatio ob crimen atrox factum contra clericum constitutum in sacris. Probatnr in c. ij. de pœn. in vj. & in c. nouimus, de verbo. signif. & in c. cum non ab homine, de iudi. & in c. qualiter, & quando, de accusa. † Sed depositio est à dignitatibus, & honoribus amotio. ita Spe. in tit. de accusat. §. ij. & probatur in iuribus superius allegatis. Et sic aduerte, quod degradatio proprie est ab ordinibus; depositio uero ab honoribus, & dignitatibus, secundum Spe. ubi supra. † Et à quibus fiat degradatio, & ex quibus causis episcopus, vel clericus sit degradandus, & qualiter fiat degradatio, & de effectu degradationis, videbis latè per Ioan. Bertachin. in tractatu suo de episcopo, in folio vij. & vide doctor. in c. de.

c. degradatio, de pœn. in vj. De degradatione Episcopi vide in c. ij. de pœnis, in vj. & vide Spe. in tit. de accusa. §. j. Et Episcopus deponitur per Papam, vel eius commissarium, c. per principalem, ix. quæst. iij. & vide Panormi. in c. dudum, de re iudi. Et an sit deponendus, vel non, debet agitari in publico synodo, c. nullus Episcopus, v. quæst. iij. Et Episcopi depositio tractatur per xij. Episcopos, dum modo sententia referretur Papæ, si sit consecratus, glo. & docto. in c. non potest, de re iud. & vide Spe. in tit. de accusa. §. iij. vers. illud. † Sed cum deponitur, vel degradatur Episcopus, non valet sententia episcoporum, nisi omnes sint concordēs. Ita Spe. in d. §. iij. vers. sed nunquid, in tit. de accusa.

Primo Episcopus deponitur propter crimina enormia, c. nouimus, de verb. signif. c. tua, de pœnis.

2. Propter hæresim, c. ad abolendam, de hæreti. & ibi docto.

3. Propter falsitatem in literis Papæ commissam, c. ad falsariorum, de crim. fals.

4. Propter coniurationem contra Episcopum, c. si quis sacerdotem, xj. q. j.

5. Propter sortilegium, c. admoneant, xvj. q. vj.

6. Si sit incantator, d. c. admoneant.

7. Si sit incorrigibilis, c. cum non ab homine, de iud. & vide glo. & docto. in c. ad reprimendam, de offi. ordi.

8. Propter homicidium, c. si quis viduam, & c. si episcopus, l. dist. c. j. de homi.

9. Qui communicat excommunicatis, c. Theugualdum, xj. quæst. iij.

10. Propter sui simplicitatem, cap. si quis Abbas, xvij. quæst. ij.

11. Si confessionem reuelat, de pœniten. distinct. vj. c. sacerdos.

12. Qui assumit curas, & negotia secularia, cap. episcopus, lxxxvij. distinct.

13. Qui clericos ordinat per simoniam, c. si episcopus, j. quæst. j.

14. Si non seruat constitutiones concilij, vel ecclesie
Ro.

Romana; vt in c. fin. §. fin. iij. distinct. vbi litera dicit: Illi qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere suscepto: & hoc si credat fieri potuisse: secus si non credat; quia punitur vt hæreticus, c. nulli fas, xix. distinct. glo. in c. generali, de elect. in vj. Itaque Episcopus non debet canones violare, quorum obseruantia ei incumbit, ita Cardin. in Clemen. j. de æta. & quali. Et purgatio Episcopi requirit xij. testes, c. omnibus, ij. q. v. † Et an sine causa Episcopus possit priuari per Papam, vide Feli. in c. quæ in ecclesiis, de constitutio. † Et an Concilium provinciale possit deponere Episcopum, aut pronunciare deponendum, vide Feli. in c. j. de iudi. Et congregatur de mandato Papæ, vel Patriarchæ, vel Metropolitan. Cardin. in Clemen. j. §. quod & interdictis, de sent. excommu. Sed non proceditur ad inquisitionem contra prælatum, nisi quando inualescit clamor, qui sine scandalo tolerari non potest, vt in c. qualiter, il. ij. de accusatio. vers. verum. Et de negligentia prælati vid. Host. & doct. in c. j. de offi. cust. qui rex. loquitur de eo, qui monitus non se corrigit, quia si monitus non se corrigit, & negligentia est valde perniciofa, est remouendus: vt in d. c. j. de offi. custod. Et de degradatione à dignitate doctorum, & militum, & clericorum, vide Barto. in l. ij. §. exercitum. ff. de infamis. & vide doct. in l. iudices, de dignita. libro xij. vide Abba. & Feli. in c. cum sit, de simonia.

DE POTESTATE ET OFFICIO

Episcopi. Cap. XXX.

S V M M A R I V M.

- 1 Non potest Episcopus in diocesi præfente legato de latere crucem præ se ferre.
- 2 Quibus ex causis Episcopus irregularis fiat, remissum.
- 3 An possit Episcopus cum clerico alium clericum perueniente dispensare.
- 4 In puniendis delictis enormibus Episcopus sollicitus esse debet.
- 5 Sine capituli consilio non potest Episcopus clericos suos corrigere.